UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm Primvm. Dei Opt. Max. auxilio inuocato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

AVGVSTINI BEROII IVRISCONSVLTI BONONIENSIS CONSILIORVM

Volumen Tertium.

SVMMAE.

1 *Reſcriptum ratione contrarietatis dicitur nullum.*

2 *Reſcriptum nouę commiſſionis dicitur ſubreptitium, & nullum, ſi in eo mentio de proceſſu iam agitato non fiat.*

Et an ſufficiat in genere, & ſimpliciter de illo, & de principalibus actis, ſeu artculis, & nõ de omnibus mẽtionẽ fieri. nu. 10.

Et quare hæc mentio ſit facienda. nu. 11.

3 *Inſtantia cauſæ perempta, omnia acta cauſæ dicuntur perempta. Et quę num. 13. & 16.*

4 *Iuriſdictio iudicis delegati ſequuta morte delegantis poſt peremptionem inſtantiæ cauſæ dicitur perempta. Contra num. 12.*

5 *In cauſis beneficialibus, & pendentibus in auditorio Papæ, & ſacri palatij de iure canonico certa, & prẹfixa inſtãtia nõ datur.*

6 *Clauſula prout in beneficialibus, & ſecundũ ſtylũ ſacri palatij apoſtolici in reſcriptis poſita quo modo intelligatur. & nu. 21.*

7 *Inſtantia quòd non ſit perempta, in dubio ſemper interpretandũ.*

8 *Contrarius ſibi, & contraria proponere non dicitur, qui unum ſimpliciter, & aliud conditionaliter proponit.*

9 *Verba hæc, ut aſſeritur, ſimpliciter, & imperſonaliter in ſupplicatione prolata ad partem aduerſam, & non ad ipſum ſupplicantem referuntur.*

12 *Inſtantia cauſæ perempta, iuriſdictio iudicis delegati adhuc durat, etiam ſi delegans mortuus fuerit.*

14 *Iuriſdictio iudicis per agitata coram eo, & per ſolam reſcripti prę ſentationem, ac admiſſionem, & citationis commiſſionem ita perpetuatur, quòd morte delegantis non expirat.*

15 *Inſtãtia perẽpta, effectus actorum iudicij ordinatoriorũ non perit.*

17 *Inſtantia certa non eſt præfixa; quando cauſa cõmiſſa eſt ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & prout in beneficialibus, ac ſecundum ſtylum ſacri palatij apoſtoloci.*

Et quid hæ clauſulæ operentur, uſque ad num. 21.

18 *Inſtantiæ primæ de iure canonico, & in auditorio ſacri palatij apoſtolici tempus certum, & præfixum non habent.*

19 *Clauſula ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij quid in cauſis ita commiſſis operetur.*

20 *Et an in illis certa inſtãtia tpis limitati ſit ſeruãda uſq; ad nu. 22.*

21 *Dictio prout omnimodam denotat ſimilitudinem. Et quando ſtãt limitatiuè, & reſtrictiuè, quem ſenſum habeat.*

22 *Inſtantiam certi temporis limitati in cauſis non dari utilius eſt, ut lites fiant breuiores, quam inſtantiam præfixam dari.*

23 *Iudices cauſam infra certũ tẽpus limitatũ expedire nõ tenẽtur, ſed poſſunt quãdocũq; quoties illis arbitriũ in procedẽdo datũ fuit.*

24 *Inſtãtia cauſæ nõ põt dici perempta ob lapſum tẽporis, & fataliũ, quãdo ſolum facto, et culpa iudicis, uel ſuperioris cauſa ẽt alias inſtantiã certi tẽporis habens infra ſuum tẽpus nõ expediretur.*

25 *Reſcripti forma ad unguem eſt obſeruanda.*

26 *Pronunciatio ſuper peremptione, uel nõ peremptione inſtantię nõ eſt neceſſaria ante, quàm ſuper negotio principali procedatur, quãdo in reſcripto mandatur, quòd conſtito de peremptione inſtãtię, iudex aduerſus eius lapſum reſtituat, & ſi cõſtiterit illã non eſſe peremptã, in cauſa, & ſup negotio principali procedat.*

EPITOME.

Rescriptvm non cõtinere cõtrarietatẽ, & propterea nullũ nõ dici ex eo, qđ ꝑinſerta ſit ꝯria reſcripto, & ſupplicans dicat, inſtãtiã nõ eſſe perẽptã, & poſito illã, ut aſſeritur, eſſe peremptã, reſtitutionem petat.

Et in reſcripto nouæ cõmiſſionis de proceſſu iam agitato mentionem in genere fieri ſatis eſſe.

Inſtantiaque perempta, iuriſdictionem iudicis delegati adhuc durare, etiam mortuo delegante.

Et cauſam cõmiſſam cum clauſula ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & prout in beneficialibus, ac ſecundũ ſtylũ ſacri palatij apoſtolici non habere inſtantiam certi, & limitati temporis, hic demõſtratur.

CONSILIVM PRIMVM.

Dei Opt. Max. auxilio inuocato.

Plvra in præſenti cauſa per partẽ aduerſam opponuntur ꝯ illos de Zannettis, & primo ꝯ reſcriptũ nouæ cõmiſſionis, ꝙ in eo extat quædã præinſerta ſupplicatio de directo cõtrarians ipſi re-
1 ſcripto, & ideò † reſcriptũ rõne ꝯrietatis nullũ dici debet, arg. l. 1. C. de fur. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. c. ſolicitudinẽ. in fi. de reſcri. & c. ſi ea. 25. q. 2. nã in prẹinſerta ꝑſupponitur inſtantiam eſſe peremptã, in nouo aũt re-
2 ſcripto totũ ꝯriũ. ¶ Secundo opponitur † reſcriptum nouæ cõmiſſionis eſſe ſubreptitiũ, quia in eo non exprimitur, nec mẽtio fit de proceſſu agitato, nec de toto eius tenore, ꝓut fieri debebat ad hoc, ut reſcriptũ uires haberet, iuxta c. 2. de dol. & contu. c. inter monaſteriũ. de re iud. & hr̃ in c. ut debitus. de appell. ¶ Tertio opponitur, dictos de Zãnettis non poſſe agere corã iudice dato in ultimo reſcripto, nã illius iudicis iuriſdictio extincta fuit: quod quidẽ pars aduerſa ita ni-
3 titur demonſtrare, † ex quo inſtãtia cauſæ fuit perempta, oĩa quoq; acta cauſæ perẽpta dicuntur, arg. l. 2. cũ ibi not. ff. de iud. ſolui, & hr̃ in l. properãdũ. C. de iud.
4 Si † igitur perẽpta ſunt oĩa acta, dicetur ẽt perempta iuriſdictio iudicis delegati, ſequuta morte Pontificis delegãtis, qui dr̃ perijſſe re integra, hoc eſt nullis actis cauſæ exiſtentibus, q̃ perẽptione inſtantię perierũt, & hoc arg. eorũ, quę habẽtur in c. gratũ. in c. relatũ. & in c. licet, ubi caſus. de offic. deleg. Nec obſtat, ſi dicerẽt, ꝙ immò inſtãtia adhuc duret, cũ in hac cauſa non ſit dare inſtantiã certã, & ꝑfixã certi tẽporis, ſed poſſit eſ-
5 ſe ꝑpetua, † prout eſt de iure canonico in cauſis beneficialibus, & in pẽdẽtibus in cõſiſtorio, ſeu auditorio Papæ, & ſacri palatij iuxta tex. cũ ibi not. in c. venera-

bilis. de iudi. & hæc cauſa fuerit cõmiſſa prout in be-
neficialibus, & ſecundũ ſtylũ ſacri palatij apoſtolici.
6 Quia rñdetur, ꝙ † hæc uerba prout in beneficialibus,
& ſecundũ ſtylũ ſacri palatij apoſtolici debẽt intelli-
gi quoad ordinẽ, & proceſſum, hoc eſt quoad modũ
procedendi, nõ aũt quoad inſtantiã: quod demõſtra-
tur, nã huiuſmodi cauſa fuit ita cõmiſſa ad illã, & litẽ
abbreuiandum, ut ex tenore reſcripti colligitur, ergo
non põt intelligi, ut ꝑ ea dicatur inſtantia perpetuata
adeò, ꝙ ẽt ultra trienniũ durare poſſit. ¶ Quarto pars
aduerſa aſſerit, ꝙ poſito, iuriſdictionẽ adhuc durare,
tñ prius ſuper peremptione, uel nõ perẽptione inſtan
tiæ iudicandũ eſt, q̃ ad ulteriora ſuper negotio princi
pali procedatur, & prius facienda eſt reſtitutio aduer
ſus lapſum inſtantiæ, caſu quo illa ſit perempta, non
obſtãte quocunq; depoſito oblationis facto pro expẽ
ſis reficiendis, arg. l. properandũ. §. 1. C. de iudi. ¶ Qui
bus tñ oĩbus non obſtãtibus, cõcludo inſtantiã non
fuiſſe perẽptã, ſed adhuc durare, † prout in dubio ſem
7 per facienda eſt interpretatio, ꝙ non ſit perempta, q̃a
fauendũ eſt inſtantiæ, ut dicit Pau. de Caſt. in l. 1. ff. ſi
quis cautio. c. ex rõne. de appella. Felin. in c. ſignifica-
uerunt. de teſtibus, & hr̃ per Decium in c. ut debitus.
col. 7. & in c. de priore. in 1. notab. de appellat. Et ꝯñr
dico, iudicẽ, cui cauſa fuit cõmiſſa, poſſe de cauſa co-
gnoſcere, quia adhuc dicitur iudex, nec eius iuriſdi-
ctio eſt extincta. Cuius cõcluſionis ueritas conſtabit
ex ijs, quæ pro rñſione ſupra ex aduerſo oppoſitorum
dicentur, & ideò ad illa deueniens dico in primis nõ
obſtare, ꝙ præinſerta, q̃ dicitur eſſe pars reſcripti, ſit
ꝯ̃ria ipſi reſcripto, & ſic rõne contrarietatis reſcriptũ
ſit nullum, quia primo negatur, contrarietatẽ aliquã
extare, ut ex uerbis reſcripti manifeſtè colligitur, ſi ea
diligenter cõſiderẽtur, nã tàm in reſcripto, quàm in
præinſerta præſupponitur, partẽ aduerſam pr̨etende-
re inſtantiã eſſe perẽptã, illi uerò de Zannettis cõtra-
8 rĩũ dicunt. † Et quamuis hi in ſua ſupplicatione ſub-
dant, ꝙ poſito, ſed nõ conceſſo, inſtantiã eſſe perem-
ptam, ipſi petunt ſe reſtitui, tñ ob hoc non dicuntur
fateri inſtantiã fuiſſe peremptam, arg. eius, quod ha-
betur per Bar. & alios in l. ſi expreſſim. ff. de appella.
dico ſentẽtiam nullam, & ſi qua eſt, ab ea appello, nã
hoc caſu quis nõ dicitur ſibi ꝯ̃rius, nec ꝯ̃ria propone
re, ex quo unũ ſimpliciter, & aliud cõditionaliter ꝓ-
ponitur, ad qđ faciunt no. per Bal. in l. ſi qui teſtamen
to. ff. de excuſa. tuto. Præterea dũ in præinſerta pr̨eſup
ponitur de peremptione inſtantiæ, debet intelligi, ꝙ
pars aduerſa ſit illa, quæ hoc p̃tendat, non aũt, ꝙ ipſi
de Zannettis, qui reſcriptum nouæ cõmiſſionis impe
trarunt, id p̃tendant, prout clarè colligitur ex uerbis
ſupplicationis, ac ẽt quia in reſcripto nouæ cõmiſſio
nis ſimpliciter, & imperſonaliter dicitur, ut aſſeritur,
9 † quæ uerba ſunt referenda non ad ipſos de Zãnettis
ſupplicantes, ſed ad partẽ aduerſam, ꝙ per illã aſſera-
tur, & non per ipſos de Bãnettis, arg. eorũ, qųe haben
tur ꝑ dominos de Rota in deciſ. 74. incip. not. ubi ali-
cui ſit gratia in antiquis, aliàs eſt deciſ. 60. ſub tit. de
reſcrip. nã in generali ſermone non cõprehẽditur ꝑ-
ſona loquẽtis. l. 1. ff. loca. & l. inquiſitio. C. de ſolutio.
¶ Nõ obſtat ſecundũ, ꝙ reſcriptũ fuerit ſubreptitiũ,
propterea qđ de proceſſu cauſæ, totoq́ue eius tenore
mẽtio facta nõ fuit, quia rñdeṫ, ꝙ de proceſſu ita ſuffi
cienter mẽtio facta fuit, ꝙ reſcriptũ ob hoc non põt
10 dici ſubreptitiũ, † nã ſufficit, ꝙ in reſcripto fiat mẽtio
de proceſſu cauſæ in genere, & ſimpliciter, ac de prin
cipalibus actis, ſeu articulis, quãuis de oĩbus, totoq́ue
proceſſus tenore mẽtio facta nõ eſſet, ut habetur ĩ d.
c. inter monaſteriũ. ibiq; Abb. & per gl. & Doc. in d. c.
ut debitus. in verſ. ſi dicat. & c. 2. de dolo, & cõtuma.
11 Et † de proceſſu cauſæ corã alio iudice facto ideò in
reſcripto nouæ cõmiſſionis eſt facienda mẽtio, nã ex
quo iuriſdictio per proceſſum factũ corã alio iudice
primo fuit præuenta, & perpetuata, papa in dubio nõ
vr̃ uelle derogare proceſſui cœpto, nec iuriſdictioni
illius iudicis, & propterea requiriṫ, ꝙ de proceſſu co-
rã eo iudice facto mentio fiat, ut dicunt Doct. in d. c.
ut debitus. Quæ rõ ceſſat in caſu noſtro, in quo clarè
cõſtat, Papã uoluiſſe derogare iuriſdictioni primi iu-
dicis, & cauſam alteri cõmittere, quãuis in ea per pri-
mũ iudicẽ proceſſum fuiſſet, ut expreſsè uoluit Ho-
ſtien. & ſequitur Abb. in d. c. inter monaſteriũ. Et ſic ſa
tis fuit mentionẽ de proceſſu cauſæ ſimpliciter, & in
genere facere, abſq; eo, ꝙ de toto tenore, oĩbusq́ue,
& ſingulis articulis fiat. ¶ Non obſtat tertiũ fundamẽ
tum, dũ dr̃, extinctã fuiſſe iuriſdictionẽ iudicis dele-
gati per mortẽ Papæ re integra, ex quo inſtantia perẽ
pta perierunt ẽt oĩa acta cauſæ, & ꝯñr ſuperueniente
morte Pap̨e quodãmodo re integra, iuriſdictio dr̃ ex-
12 tincta, ut ſupra, qm̃ rñdetur, ꝙ † poſito, ſed non cõceſ
ſo, inſtantiã eſſe peremptã, tñ iuriſdictio iudicis dele-
gati adhuc durat, & opinio tenentiũ ꝯ̃riũ eſt à Docto
ribus cõiter reprobata, ut hr̃ per Abb. & alios ĩ d. c. ue
13 nerabilis. de iudi. nã † ſecundũ ipſos perempta inſtan
tia pereunt ſolũ acta iudicij, & nõ cauſæ, ſeu litis, hoc
eſt pereunt acta ordinatoria, & non deciſoria, & ideò
iuriſdictio iudicis non extinguiṫ, ad tradita per Abb.
14 ibi in 2. lectu. ex quo enim † iuriſdictio iudicis ſemel
fuit perpetuata per actitata corã iudice, iuxta text. cũ
ibi not. in d. c. relatũ. & in d. c. gratũ. & habetur plenè
per Io. And. in c. fi. de offi. lega. qui uoluit per ſolã præ
ſentationẽ, & admiſſionẽ reſcripti, & cõmiſſionẽ ci-
tationis iuriſdictionẽ iudicis delegati ita dici perpe-
15 tuatã, ꝙ morte delegãtis poſtea nõ pereat. Et † quãuis
per inſtantiæ perẽptionẽ acta iudicii ordinatoria pe-
reant, nõ tñ perit eorũ effectus, vt not. declarat Bar. in
16 l. 2. ff. de iudi. ſolui. Et ad hæc, ut oẽs fatenṫ, † per perẽ-
ptionẽ inſtantiæ non pereunt acta cauſæ, hoc eſt deci
ſoria corã iudice facta, ut habetur in d. l. 2. & ĩ d. l. pro-
perãdũ. ergo per illa, q̃ adhuc durãt, iuriſdictio quoq;
iudicis durare, & perpetuari dicetur. Præterea negat,
ꝙ in terminis noſtris inſtantia ſit perempta, quinim-
17 mo adhuc durat, † qm̃ cauſa fuit domino proteſtati
commiſſa ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, &
prout in beneficialibus, ac ſecundũ ſtylũ ſacri palatij
apoſtolici, q̃ uerba, & q̃ clauſulæ ĩnuũt, ꝙ ante, & poſt
triẽniũ cauſa poſſit expediri, & ſic in hac cauſa ita cõ-
miſſa nõ ſit ſeruãda certa, & p̃fixa inſtantia, prout de
iure canonico, qđ in beneficialibus ſeruandum eſt, &
prout ſeruaṫ in auditorio ſacri palatij apoſtolici, cer-
tæ, & præfixæ inſtãtiæ in prima inſtãtia nõ ſeruantur,
18 † vt hr̃ in d. c. uenerabilis. & ꝑ Bar. & alios in d. l. prope
randũ. vbi Doct. uolũt primas inſtãtias nõ habere cer
tũ, nec p̃fixũ tẽpus de iure canonico qđ ſeruãdũ eſt in
beneficialibus, ut in c. qđ clericis. de foro cõpet. nec
in auditorio ſacri palatij apoſtolici, ut ĩ d. c. uenerabi-
lis. nã hmõi cauſ̨e bñficiales poſſunt qñcũq; expediri,
& maximè in dicto auditorio ſacri palatij, dũmõ fue-
rint inſtructæ, & ſic tã añ, quã poſt triẽniũ, adeò ꝙ per
lapſum triẽnij illarũ inſtãtiæ nõ pereunt, ut in iuribus
p̃allegatis: ergo ĩ cauſis à papa alicui cõmiſſis ſumma
riè &c. ꝓut ĩ bñficialibus, & ſecundũ ſtylũ ſacri palatij
apoſtolici nõ dabunṫ inſtãtiæ p̃fixæ certi tẽporis, hoc
19 eſt triẽnij. Qđ ſuadeṫ, nã † ꝑ hãc clauſulã ſummariè,
ſine ſtrepitu, & figura iudicij ĩ cauſis ita cõmiſſis nõ
ſeruanṫ ea, q̃ à iure poſitiuo fuerũt ĩducta, ſed ſolũ ius
naturale, qm̃ ꝑ hãc clauſulã cẽſetur ſolũ remiſſa oĩs
ſolẽnitas iuris poſitiui, & ordo proceſſus à iure poſiti-
uo inductus dr̃ ſublatus, ut uoluit Bar. ĩ extrauagã. ad
reprimẽdũ. in uer. figura, & hr̃ per Cardi. & alios poſt
gl. in clem. diſpẽdioſã. de iudi. & ĩ clem. ſ̨epe. de uerb.
ſignifi.

ſigni.Sed quòd cauſæ habeant inſtantias triennii, eſt
à iure poſitiuo inductū, ut in d.l. properandū.ergo in
cauſis ſit cōmiſſis huiuſmodi tēpus triēnii neceſſario
ſeruari non debebit, & ita in terminis ſequit̄ Bar.in l.
litibus.C.de agrico.& cenſi.lib.11.ſequitur Alex.infi-
nitos ſic tenētes allegans.in cōſ.181.uol.1. in fi. verb.
quamuis Alex. ipſe in cōſ. 52.uolu.2.ꝯrium tenuerit,
veluti etiam Abb.uelle vr̄ in d.c.venerabilis.in fi.ver.
Et licet dubiū eſſe poſſet, qn̄ cauſæ ſimpliciter eſſent
cōmiſſæ ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, an il
lis detur inſtantia certi temporis, hoc eſt triennii, per
ea, quæ ponunt Alex.in d.cōſ.50. & Abb.in d. c.vene-
rabilis. tamē omnis dubietas ceſſat, qn̄ ultra dicta ver
ba fuerunt etiā adiecta illa alia uerba, & prout in bene
ficialibus, & ſm̄ ſtylum ſacri palatii apoſtolici, prout
cā in caſu noſtro cōmiſſa fuit; qm̄, ut iam dictum fuit,
in cauſis beneficialibus, in quibus de iure proceditur
ſummariè, & ſine ſtrepitu, non eſt dare inſtantiā præ-
fixā certi tēporis, quia in illis ſeruatur ius canonicū,
ſm̄ quod inſtantia triennii non ſeruatur d.c.uenerabi
20 lis.iuncto d.c.quod clericis.Et dum dicebatur, † quòd
per hæc uerba prout in beneficialibus, & ſm̄ ſtylū ſa-
cri palatij apoſtolici cā dicitur eſſe cōmiſſa p̄termiſſo
ordine proceſſus, non autē tpe triennij, & ſic, ꝙ hæc
uerba concernant proceſſum, eiuſque ordinē, & non
inſtantiā, eiuſque tp̄s, quod uerum eſſe demōſtratur,
quia cauſa hmōi fuit hoc modo commiſſa gratia bre
uiandi litem, & cām, ergo infertur, intentionis Papæ
non fuiſſe, ꝙ inſtantia ultra trienniū durare, & protra
hi deberet, & cōſequenter, ꝙ cauſa poſſet eſſe perpe-
tua, & immortalis, arg. eorum, quæ dixit Abb.in d.c.
uenerabilis.inquiens, ꝙ cauſæ, quæ cōmittūtur cum
clauſula, quòd ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudi-
cij ꝓcedatur, debēt infra trienniū terminari, nec triē-
nii metas pręterire poſſunt, cū enim ſic cōmittant̄, ut
celeriter expediantur, ueluti ex illis uerbis infertur,
& colligitur ex tex.cum ibi not.in d.clem.diſpendio-
ſam.in d.clem.ſępe.& per Bar.in d.extrauag.ad repri-
men.ſi ultra trienniū poſſent durare, nec certi tp̄is in-
ſtantiā haberent, celeriter nō expedirent̄ iuxta reſcri-
bentis intentionē, ſicq; ꝯ mentem delegantis fieret.
Reſponderi poteſt ſatis concludenter, ꝙ p̄dicta fortè
uera eſſe poſſent, qn̄ cauſa fuiſſet cōmiſſa ſummariè,
ſine ſtrepitu, & figura iudicii ſimpliciter abſque illis
aliis uerbis, & prout in beneficialibus, & ſm̄ ſtylū ſacri
palatii apoſtolici, & ita propriè loquitur Abb. in d.c.
venerabliis.& Alex.in d. cōſi.50. Secus ſi ultra ea uer-
ba ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicii eſſent adie
cta alia uerba p̄dicta, & prout in beneficialibus & ſm̄
ſtylum ſacri palatii, nam tunc per hæc uerba ultra qđ
diceretur ſublatus ordo proceſſus, cenſeretur ēt ſubla
ta inſtantia certi tp̄is adeò, ꝙ non eſſet ſeruanda inſtā
tia triēnii, nec alterius certi, & præfixi tp̄is per p̄dicta.
Quod apertè demōſtratur, qm̄ per hæc uerba ſumma
riè, ſine ſtrepitu, & figura iudicii dr̄ ſublatus ordo pro
ceſſus, cum illa proceſſum contineant d. cle.diſpēdio
ſam.d.cle.ſæpe cum ibi not.& Bar.in d.extrauag.ad re
21 primen.ergo † addendo hæc uerba & prout in bene-
ficialibus, & ſecundum ſtylum ſacri palatii apoſtolici
ea non ſunt ad proceſſum, eiuſq; ordinē referēda, ſed
ad inſtantiam, ad hoc, ut aliquid operentur, iuxta l.ſi
quando.ff.de legat.3.cum ſimilib. Et addendo & ꝓut
in beneficialibus, intentionis reſcribentis fuit uelle
cauſam etiam quoad inſtantiam dici cōmiſſam, pro-
ut in beneficialibus, & ſecundum quod eſt de ſtylo ſa-
cri palatii, nam hęc dictio prout innuit, quòd in hac
cauſa ſit per omnia procedendū, & obſeruādum, pro-
ut proceditur, & obſeruatur in beneficialibus, deno-
tat enim omnimodā ſimilitudinē.l. prout.ff. de ſol.&
Bar.in d.extrauag.ad reprime.in uer.prout. Sed in be
neficialibus nō ſeruatur ordo proceſſus, & minus ſer-
uatur inſtantia certi tp̄is, ut ſupra, ergo &c.Si autē ue
limus intelligere per dictionē prout adiici illud idē,
quod prius dictum fuerat, uidelicet ꝙ in hac cauſa ꝓ-
cedatur ſummariè &c.prout ſummariè proceditur in
beneficialibus, tunc dictio prout ſtabit limitatiuè, &
reſtrictiuè, hoc eſt, quòd eo modo, quo ſummariè pro
ceditur in beneficialibus, ita & in hac cā procedatur,
ut colligitur, ex uerbis Bart.in loco præallegato, & ſic
ſenſus erit, qꝫ ſicut proceditur ſummariè in beneficia
libus, ita & in hac cā, ſed in beneficialibus proceditur
ſummariè non ſeruata inſtantia certi tp̄is, ut ſupra, er
go &c.¶Nec eſt uerū, ꝙ ſic intelligendo fieret ꝯ intē
tionem Papę reſcribentis, qui uoluit cām celeriter de
bere expediri, litemq; abbreuiari, ut ſupra dicebatur,
quia rn̄detur primo, ꝙ ex illis uerbis Papæ ſummariè
&c.& prout in beneficialibus, & ſm̄ ſtylum ſacri pala-
tij conſtat ipſum Papam uoluiſſe inſtantiā nō eſſe cer
tam, neq; præfixā certi temporis, ut ex p̄dictis colligi-
tur, ſecus ſi ſimpliciter cauſa fuiſſet cōmiſſa ſumma-
riè ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quia tunc inſtātia di-
ceretur eſſe certa, & præfixa certi temporis, ut uoluit
Abb.in d c.uenerabilis quamuis Bart.Alexā.& plures
alii ꝯriam opinionē ſequuti fuerint. Secundo reſpon-
22 detur, ꝙ † intelligendo in hac cauſa non dari certā in
ſtantiam, & tp̄is certi, & limitati, cauſa protrahi, & im
mortalis fieri ob hoc non diceretur, quinimò abbre-
uiaretur, nam qn̄cunq; ēt ante triēnium poſſet termi-
nari, dummodo iudex eſſet inſtructus, nec finis trien-
nii expectandus eſſet, prout expectari deberet, ſi cā in
ſtantiam triennii haberet iuxta tex.cum ibi no. in d.l.
ꝓperandum.§.cum ſeq.iunctis not.per Bar.in d.extra
uagan.ad reprimen.& iis, quæ habentur in d. clem.ſæ
pe.nam ſi cauſa inſtantiam triennii haberet, & infra
triēniū non eſſet expedita, tunc actor eſſet in expenſis
condemnandus, & reus ab obſeruatione iudicii abſol
uendis, & denuò ſi actor uellet agere, inciperet alia in
ſtantia triennii currere, & ſic poſſet res in infinitū pro
cedere, ut in d.l.properandū.§.1.Sed ſi cauſa certā nō
haberet inſtantiā, & infra biennium, uel trienniū nō
eſſet expedita, poſſet qn̄cunque, & quacunq; die etiā
poſt triēnium immediatè expediri, nec opus eſſet no-
uam inſtantiam inchoare, ut in d.c.venerabilis.& hęc
eſt utilitas, quam ius canonicū ad abbreuiandas lites
induxit, ut ſecūdum illud nō detur inſtantia tp̄is limi
tati, qm̄ cauſa quandocunq; poterit expediri. Et hanc
rōnem, ſeu conſiderationē facit glo.in d.c. venerabi-
lis.& melius, ac apertius Bal.in c.fin.de dolo, & contu
ma.& ſequuntur mod.in d.c.uenerabilis.Et p̄dicta cō
concludenti ratione corroborantur, nam ius canoni
cum expoſcit, & mādat lites abbreuiari, & quantū po-
teſt celeritati, ac expeditioni cauſarū ſtudet. c. finem
litibus de dolo, & cōtuma.c.nōnulli de reſcr.c.2.de re
iud.& c.cordi de appel. in 6. & tamē nō ſtatuit cauſas
principales habere inſtantias temporis limitati, puta
triennii, ſed qn̄cūque poſſet terminari, ut in d.c.uene
rabilis.Ex hoc ergo datur intelligi, cauſas dici, & poſ-
ſe celerius expediri, ſtatuēdo, ꝙ in illis non dentur in-
ſtantiæ temporis certi limitati, quam quòd dentur.Et
quamuis ex hoc, quod cauſa certam inſtantiā non ha
beat, quandoq; poſſit contingere, cauſam ultra trien
niū trahi, hoc tamen pōt etiam cōtingere, quando in
ſtantia eſſet limitata reſpectu certi tēporis puta trien
nii.Præterea ꝙ in caſu noſtro cauſa inſtantiā certi tē-
poris limitati non habuerit, & non habeat imò etiam
ultra triennium trahi, & expediri poſſit, demonſtra-
23 tur, nam † quoties iudicibus data fuit poteſtas, & con
ceſſum arbitrium in procedendo, iudices nō debent
cauſam infra certum tp̄s limitatū, puta triennium ex-
pedire, ſed quādocunq; potuerint ēt poſt biennium,

ut colligitur ex not.per Bar.in l.ſi in lege. in princ.ff.
locati.cum ſimilibus allegatis per Alex.qui hoc ſequi
tur in d.conſ.50.uolu.2. Sed in caſu noſtro iudicibus
data fuit hæc poteſtas,& hoc arbitriũ in procedendo
& terminando, ut ex uerbis reſcripti primæ cõmiſſio
nis colligitur ibi ſm ordinem, & modum proceden-
di,& cognoſcendi,quem inter eos ordinabunt, ergo
&c.¶Demonſtratur & aliter,inſtantiã in caſu noſtro
24 non debere dici peremptã,nam † ubicunq; facto,ſeu
culpa iudicis,vel ſuperioris cauſæ eriam, in quibus in
ſtantia certi temporis limitati detur, non expediunt
infra ſua tempora,nihilq; poteſt ipſi actori imputari,
fatalia,& inſtantiæ ipſo iure non currunt, ſed ſtant in
ſuſpenſo,ut uolunt Abb.& doct.cõiter oẽs in c. ex ra-
tione de appel.& habetur per Abb.in d.c.venerabilis.
in 2.additio.ſm unam lecturã.Sed in caſu noſtro cau-
ſa non potuit per actorẽ expediri facto ſuperioris,qui
ſm ea,quæ mihi proponuntur,illã ſuſpendit, & prohi
buit in ea procedi,ergo poſito abſq; ueri pῤiudicio in-
ſtantiam certam,& certi tpis in hac cauſa dari, tamẽ
ea non dicetur perempta,prout ex his, & pdictis om-
nibus concludendũ eſſe dico.¶Non obſtat vltimum
ex aduerſo oppoſitũ,ꝙ ante, quàm ſup negotio prin-
cipali procederetur,eſſet pronunciandũ ſuper perem
ptione,uel non peremptione inſtantiæ, & prius reſti-
tutio facienda eſſet aduerſus lapſum inſtantiæ caſu,
quo inſtantia eſſet perempta,quia reſpõdetur, primo
quòd ex quo inſtantia non fuit perempta,ut ſupra,p-
batum fuit,nulla eſt opus reſtitutione,arg.l.uerum.§.
ſciendũ.& l.in cauſæ.la 2.§.idẽ Pomponius. ff. de mi-
norib.Secundo poſito,ſed non cõceſſo, inſtantiã dici
peremptã, adhuc dico non opus eſſe aliqua pronun-
ciatione ſuper peremptione, uel nõ peremptione in-
ſtantiæ,qm̃ † forma reſcripti eſt ad vnguem obſeruan
25 da,nec iudex,cui cauſa fuit commiſſa, poteſt fines cõ
miſſionis excedere c. cum dilecta. ibiq; docto.de re-
ſcript.Sed † in reſcripto mandatur, ꝙ cõſtito de per-
26 emptione inſtantiæ iudex aduerſus eius lapſum reſti-
tuat,non autẽ mandatur,ꝙ prius pronunciet ſup per-
emptione,uel non peremptione inſtantiæ, ergo con
ſtito ipſi iudici de peremptione abſq; eo, quod ſuper
illa pronunciet,poterit aduerſus lapſum inſtantiæ re-
ſtituere, nã hæc uerba poſita in reſcripto, ſi inſtantiã
reperierit eſſe peremptã, ſunt cõditionalia,quæ nõ di
ſponunt l.quæ ſub cõditione.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta.
ſed faciunt actum,cui adiiciuntur,cõditionalẽ,illũq;
ſtare in ſuſpenſo, donec cõditio adimpleat. l. cedere
diẽ.ff.de uerb.ſign.cum ſimil.Senſus igitur eſt, ꝙ ſi iu
dici cõſtiterit, & probatũ fuerit inſtantiã eſſe perem-
ptã,ipſe aduerſus lapſum inſtantiæ reſtituat. Subiũgi-
tur deinde in reſcripto,ꝙ ſi cõſtiterit ipſi iudici inſtã-
tiã non eſſe peremptã,prout ſibi cõſtat,ſeu cõſtare po
teſt,ut clarè ex pdictis colligitur,tũc iudex in cã,& ſu-
per negotio principali procedat, & cõſequenter abſ-
que alia pronunciatione, & declaratione facta. Suffi-
cit enim ad hoc,ut iudex poſſit ad ulteriora ſuper ne-
gotio principali ſibi cõmiſſo pcedere,ꝙ ei cõſtet, in-
ſtantiã nõ eſſe perẽptã, prout re uera non eſt pempta,
& ipſi iudici ex latè ſupra deductis cõſtat. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Reſcriptum ſecundum,in quo noui iudices dantur, de primo mentionem faciens primos iudices,primumq; reſcriptum reuocat.*
2 *Delegatio,ſeu commiſsio iuriſdictionis,ac etiam nudi miniſterij,et meræ exequutionis facta alicui ſub nomine proprio,& ſub nomine dignitatis quando ad ſucceſſorem in dignitate tranſeat, & quando non.*
3 *Quid ſi duo nomina dignitatis in delegatione, ſeu commiſſione fuerint expreſſa.*
4 *Delegatio,ſeu cõmiſſio iuriſdictionis facta alicui ſub nomine dignitatis ſucceſſorem propriè non habentis ad ſucceſſorem non tranſit,& quæ ſit dignitas propriè ſucceſſorem non habens.*
5 *Commiſſio nudi miniſterij,ſeu meræ exequutionis dicitur perſonalis,& ad ſucceſſorem non tranſit.*
6 *Clauſula contradictores cõpeſcendo in literis delegatorijs, ſeu exequutionis apponi ſolita quã uim hẽat,et quos effectus operetur.*
7 *Exequutor datus cum clauſula contradictores compeſcendo habet etiam iuriſdictionèm,& quomodo,& contra quos.*
8 *Et quando in hoc illius poteſtas duret.*
9 *Turbare,& moleſtare nou dicitur,qui de iure agit.*
10 *Poßeſſione rei,de qua ageretur, ab altera parte alteri acceptanti relaxata,citra tamen præiudicium ambarum pattium, quæ iure his uerbis reſeruata dicantur.*
11 *Subreptio in literis gratioſis ipſo iure gratiam in totũ nullã reddit.*
12 *Impetrans reſcriptum,ſeu conceßionem,debet narrata per eum,ſuper quibus reſcriptum,et conceſſio fundatur, probare uera eſſe, ſi illorum falſitas opponatur.*
13 *Clauſula generalis,non obſtantibus, in reſcripto,ſeu priuilegio appoſita ſub quacunque forma nihil operatur in materia, et ſuper re prohibita per reſcriptum, ſeu priuilegium impetrari, ſed de diſpoſitione talem impetrationem prohibente ſpecialis mentio fieri debet.*
14 *Clauſulæ multũ pingues,& prægnantes in literis ad corroborationẽ gratiæ,& conceßionis appoſitæ quomodo ſint intelligendæ.*

EPITOME.

Iuriſdictio,& exequutio per reſcriptum commiſſa, & delegata uni ſub nomine proprio cum expreſsione poſtea dignitatum, puta dicendo Io. Archipiſcopo Sipontino Gubernatori Bononiæ, non tranſit ad ſucceſſorẽ in dignitate,& gubernio, ſed penes ipſum Io. Archiepiſcopum remanet.

Et exequutione ſemel facta, uirtute cuius quis fuit in poſſeſſionem immiſſus, & in ea aliquandiu permãſit,poteſtas exequutoris ceſſat, quãuis in reſcripto delegatorio, ſeu exequutorio fuerit appoſita clauſula ꝯdictores cõpeſcendo,& poſt exequutionẽ factã controuerſia aliqua nõ de facto, ſed de iure tãtũ ſit illata.

CONSILIVM II.

IN cauſæ Magnificę cõitatis Bononiæ,quã
habet cũ illis de Gozadinis ſup Caſtro Lia-
ni pro aliquali informatione Clariſſimi do
mini Auditoris,cui cauſa à R.D.Guberna-
tore fuit ad referendũ cõmiſſa,paucis cõtentus, quia
& in paucis ueritas conſiſtit, aliqua dicã. Et in primis
quoad exequutionẽ literarũ per aduerſarios coram
Reuerendiſſimo do.Legato,ſeu corã moderno R.D.
Gubernatore aſſerto exequutore in literis dato peti-
tã,dicitur illam duplici reſpectu non debere, nec poſ
ſe fieri,primo quia Præfatus R.D.Legatus,ſeu moder
nus R.V.Gubernator non eſt exequutor, cui ius exe-
quendi uirtute literarum apoſtolicarũ de iure cõpe-
tat,ſed alius,ut infra ſtatim demonſtrabitur,ergo exe
quutio per eum fieri non põt,ſed per exequutorẽ in li
teris datum c.ſi.ibique glo.& doct.de offi.deleg. ꝙ au
tem dictus Reuerẽdiſſimus do.Legatus, ſeu R.D.Gu
bernator non ſit harum literarum exequutor, clariſſi
mè oſtenditur,præſupponendo id,quod eſt apud oẽs
1 tritum, † quòd per conceſſionem, ſeu dationẽ nouã
iudicum,uel exequutorum prima datio, ſeu cõceſſio
reuocatur,quando de illa in ſecunda eſt facta mentio
c.cæterum.& ibi glo. Abb.& alii cõiter.& c.plerunq;.
de reſcrip. Sed in literis Clemẽtis Papæ declaratoriis
reuocationis generaliter factæ de caſtris pro exequu-
toribus dati fuerũt Epiſcopus Caſtilianus, Epiſcopus
Ceſenatenſis,& Gubernator ciuitatis Bononiæ, cum
clauſula quatenus ipſi,uel duo aut unus eorum,in lite
ris uerò Pauli Papæ III.ultimo loco ab eiſdem de Go
zadinis